

atione simpliciter. Nam adhuc secuta euictione, hac ordinatione testatoris & Principis, atq. ita natura rei, non datur actio. Ita tradunt præcitat Doct. & omnium apertius, Rui. in cons. 146. nu. 3. lib. 1. Alc. in d. S. duo fratres, nu. 37. & ibid. Leon. nu. 313. & alios retuli superiori præsumptione, in secunda extensione secundi casus.

13 Est autem diuersum quando specificè, & in in diuiduo præmissis de euictione ex causa fideicommissi vel bonorum feudaliū, dic. l. si familia, ibi nihil super euictione rerum singulis adjudicatarū specialiter inter vos conuenit, & manifeste Alc. ubi supra.

14 Extenditur secundo, vt procedat hic casus etiam repectu pretij. Nec enim ad illud agere potest hæres, cui bona hæc euicta fuerunt. Ita communem esse opinionem testatur Alc. in d. S. duo fratres. num. 36. ad fin. ver. censuit tamen, Et alios recenset Franc. Bec. in cons. 24. num. 38.

15 Declaratur primo hic casus, vt locum non habeat, quando in diuisione vni obtigissent bona omnia libera, & allodialia, alteri verò bona feudalia, vel fideicommissa supposita. Hoc sane casu secuta euictione horum bonorum feudaliū, vel fideicommissi suppositorum actio

16 datur contra cohæredem pro contingenti portione. Ita respondi in cons. 87. num. 84. & num. 85. lib. 1. ex sententia Guidi Suzaræ, Alexandri, & Alc. Eiusdem opinionis addo nunc Franciscum Beccium in consil. 24. nu. 34. qui alios commemorat, addo etiam eundem Alciatum in d. S. duo fratres. nu. 36. ver. vnde cons. quens est, qui tamen intelligit, nisi accipiens bona feudalia, vel fideicommissa supposita, ea acceperit tanquam vtiliora bonis liberis, volueritque eam vtilitatem cum futuro euentus periculo compensare, argum. l. de fideicommissi. C. de transact.

17 Declaratur secundo, vt locum non habeat, quando diuisio facta fuit inter cohæredes, & qui ignorabant bona supposita esse fideicommissa, vel feudalia. Ita tradunt præcitat Doct. omnes, & manifestus Alc. in d. S. duo fratres. nu. 36. ver. rursus non procedit, sic etiam respondit alios plures congerens Dec. in d. cons. 24. nu. 34.

18 Tertius est casus, quando facta diuisione bonorum, inter cohæredes secuta est euictio alia ex causa, quam ex ordinatione auctoris, & factio eius, cui fuit euicta, sicq. (vt vno verbo dicam) ex natura rei. Hoc sane casu actio contra cohæredem datur ei, cui res euicta fuit. Ita gl. in l. hæres. §. item curare. ff. famil. ercisc. Bald. Alber. & Castr. in l. si familia. Cod. famil. ercisc. Rom. in consil. 447. col. 2. Alex. in cons. 30. n. 7. lib. 6. Ripa in l. qui Romanæ. S. duo fratres. num. 97. de verb. oblig. & ibidem Alc. n. 35. Soc. Lun. in cons. 129. n. 14. & n. 28. lib. 3. & Franc. Becc. in cons. 24. n. 9. Et hunc quidem casum probat l. si fratres. C. communia vtriusque iud. Et accedit ratio, quod diuisio inter cohæredes vim permutationis habet, l. cum pater. S. hæreditatem. de leg. 2. Atqui in permutatione

19 clarum est præstari euictionem, sicuti in contractu emptionis, l. si permutationis. C. de euict. Ita ergo & cohæres pro secuta euictione tenetur.

20 Extenditur hic casus, vt locum etiam habeat, quando diuisio facta fuit à iudice, & Nam secuta euictione, adhuc datur actio contra cohæredem. Ita Ripa in dicto S. duo fratres. nu. 96. ver. amplia, & n. 99. & ibid. Alc. n. 35. adducti text. l. si familia. C. famil. ercisc. & ratione illa qua dicimus, factum iudicis esse factum partis. l. si ob causam. C. de euictio. & scripti copiose in comment. de recuperanda possess. in remed. 8. nu. 44.

21 Declaratur primo hic casus, vt locum non habeat, quando portio alterius cohæredis est in eadem euictionis causa. Ita Gulielm. Bal. & Castr. in l. si familia. C. famil. ercisc. sufficit enim quod portio alterius sit in periculo euictionis & si illa nondum est secuta. Et licet ille tertius, qui potest euincere, non euincat, attamen hoc cedere debet in

cro cohæredis possessoris.

Ceterum a prædictis dissentit Sal. in dic. l. si familia, & Ripa in d. S. duo fratres. n. 98. ver. & forte verior est, ea ratione adducti sunt, quod fortuna debet esse communis, sicuti periculum commune est. Et sufficit quod succursum sit ex præsentis in euictionis periculo, casu quo sequatur euictio. l. hæres. §. pen. ff. famil. ercisc. Has contrarias opiniones distinguendo conciliat Alc. in d. S. duo fratres n. 36. ver. ego distinguendum puto, quod aut euictio in limine iudicij imminet, & tunc vera est Baldi sententia, aut non imminet, & tunc procedit Saliceti, & Ripæ opinio. Quæ sane distinctio a quitati consentanea mihi etiam probatur.

22 Declaratur secundo, vt locum non habeat hic casus, quando cohæredes sciebant rem diuidendam subiace- re periculo euictionis, nam tunc facta diuisione, & secuta euictione, nulla redditur actio ei, à quo res euicta fuit, contra cohæredem. Ita Bar. in d. S. duo fratres. q. 1. n. 25. & ver. rursus non procedit, & attingi supra in præcedenti casu, in secunda declaratione. Non enim sciens

23 acquirenti rem suppositam euictioni & actio pro secuta euictione redditur. l. si fratres. C. famil. ercisc. & l. si fundum sciens. C. de euictio. Et quia cohæredes sic scienter diuidentes, præsumuntur suscepisse inuicem mutuum periculum. argum. l. de fideicommissi. C. de transact. & l. si pater puell. C. de ino. si testam. Et hec quidem declaratio locum habet etiam respectu pretij, quod non recuperat cohæres, à quo fuit euicta res, ab altero cohærede pro eius portione. Ita Bar. in l. S. duo fratres. nu. 25. & ibid. Ripa n. 99. ver. contrarium non decedit, qui communem testatur. Et ibidem Alc. num. 36. ver. rursus, idem sentit Rui. in cons. 146. col. 3. ver. nec obstat præmissis libro 2. Nam & in respectu pretij militat eadem ratio, quod mutuum periculum suscepisse dicuntur.

24 Nec repugnant argumenta Arretini à communi dissentientis, quia illis abundè satisfaciunt Ripa.

25 Declaratur tertio, vt locum non habeat hic casus, quando actum esset, quod nullus ipsorum cohæredum diuidendum teneretur de euictione. Nam tunc pro secuta euictione agi non potest. Ita Ripa in d. S. duo fratres. num. 100. & Alc. n. 37. adducti text. l. si familia. C. famil. ercisc. Quam declarationem intelligunt procedere etiam respectu pretij, ex sententia gl. in d. l. si familia. quam Doct. communiter probarunt.

*Creditor consentiendo rem sibi obligatam alteri pignori, quando & quomodo præsumatur ius pignoris remisisse?*

S V M M A R I V M.

1 Creditor secundus, cui pignus consentiente primo obligatum est, illi secum contententem præfertur. Quid autem sit, vt tertius aduersus eum agat. nu. 2. Et quid in muliere, iuri sui hypothecæ renunciantem. nu. 3.

P R A E S V M P T. C X I X.

Contingit aliquando, vt debitor rem obliget pignori primo creditori, deinde eo consentiente obliget secundo, quare dubitari contingit, quomodo is primus creditor consentiens præsumatur, an scilicet, vt remittat ius pignoris in totum, vel potius, vt efficiatur posterior creditor. Marcianus in l. creditor, qui potior. §. vlt. ff. qui potior. in pign. habeantur respondit facti questionem esse.

Hic distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando est contentio inter primum & secundum creditorem, quorum scilicet alter præferri debeat. Hoc casu dicendum est, & secundum præferri primo

mo, cum hic primus consentiendo illi obligationi ad factorem secundi, ius suæ prioritatis remisisse præsumatur. Ita passim admittunt Doct. in dict. §. vlt. & Negusant. in tract. de pignori in secundo membro 5. par. princip. num. 30. ver. decimo sexto fallit.

2 Secundus est casus, quando contentio cum alijs quibus consensus non fuit immediatè præstitus. Hoc in casu Io. Andreae in additio. ad Specu. in rubr. de obligationibus, & solutionibus col. 1. ver. item cum debitor, & cetera dixit, quod si debitor rem mihi obligatam sine meo consensu obligauit secundo, deinde eam meo consensu obligauit tertio, dicor mihi præiudicasse etiam quo ad illum secundum, etsi pro eo consensum immediatè non præstiti, ita intelligit l. Lucius. ver. Paulus, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, quem text. sic etiam intellexit Bart. in d. l. creditor. §. vlt. quo dixit creditore sic consentientem censeri remisisse in totum ius pignoris, & Mascard. de quo infra, qui alia scribit.

3 Dissentit tamen ab hac opinione nonnulli antiqui ab ipso Io. Andr. commemorati, quorum considerationes ille rejicit.

4 Declaratur hic casus, vt locum non habeat in muliere, cui etsi beneficio S. C. Velleia. succurritur, si iuri suæ hypothecæ renunciauit, attamen restingitur illud beneficium quo ad personas, pro quibus immediatè consentit, & renunciauit. Ita probat l. iubemus, C. ad Velleian. quam sic intellexit Bartol. in dic. §. vlt. & declarauit manifestè Ioan. Andr. præcitato in loco, & Bald. in dicta l. Iubemus. Idem respondit Dec. in consil. 379. num. 6. & in consil. 55. num. 8. dum dixit in casu dict. l. iubemus, non admitti extensionem remissionis, & renunciationis sui iuris, de persona ad personam, quia renunciatio stricti iuris est, vt egregiè declarando d. l. iubemus, responderunt Socin. Sen. in consil. 200. col. 2. libr. 2. & Ruin. in consil. 210. num. 3. & 4. lib. 1. His accedunt Negusantius in tract. de pignori in sexta par. princip. art. 3. num. 13. & 14. & Mascard. de probation. conclus. 1173. n. 42. qui alia ad rem tradit.

*Pignoris, & hypothecæ diuisionem eo modo inter creditores factam præsumi, quo & fors ipsa principalis diuisa fuit.*

S V M M A R I V M.

1 Redditi, & pensiones quo modo diuidunt emptores eodem eam diuidere præsumuntur res pignori, vel hypothecæ obligatas. Quid autem si tot non sufficiant, n. 2. Pignus tanquam sortis accessorium, illius naturam sequitur. Vnde fors sunt accessoria.

P R A E S V M P T. C X X.

Cum plures emptores inter se paciscuntur de diuidendis & redditibus, & pensionibus rei à se emptæ, vt puta, quod vnus primi, alter secundi, tertius tertij annui redditus, & pensiones consequatur, coniectura ducitur, quod eodem modo, & ordine diuidere voluerint res pignori, vel hypothecæ obligatas, si tot extant, quæ pro omnibus sufficere possint, si verò non sufficiunt, præsumitur conuentum, quod sint prius obligata ei, cui primo fors ipsa principalis solui debet. Ita respondit Paul. in l. infulam, ff. qui potior. in pign. habeantur. quo loci Bartolus, in fine sentit rationem esse, quia & pignus tanquam accessorium sortis principalis, sequi debet illius naturam, & modum, consentit l. Lucius, ff. eod. qui potior. in pign. hab. ubi prior in sorte censetur etiam prior in vsuris, & quæ sunt accessoria ipsius sortis.

*Creditor primus, quando iure sui crediti præsumatur emisse rem pignoratam, vel hypothecatam, ne secundus creditor offerre ei possit.*

S V M M A R I V M.

1 Creditor posterior, offerre potest priori, & pignus, vel hypothecam consequi. Idque locum habet, et si prior in solutum datum sit, vel venditum à debitore, num. 2. Idem si primus creditor, qui in solutum accepit, vel à debitore emisit, vendidisset alteri, n. 3. Et demum si venditor vendidisset alteri, vt ex ea pecunia primo solueretur, num. 4. Creditore primo vendente bona hypothecata extraneo emptori, iure sui crediti, creditor secundus, emptori offerre non potest. Creditore primo vendente creditori secundo, potest illi offerre tertius. Personam duorum sustinere, quis an possit. num. 11. Probationem contrariam lex in præsumptione iuris, & de iure rejicit. Præsumptionem iuris, & de iure, tunc demum dici, quando diuisum fuit contrarium probari non posse. Creditorem tanquam extraneum emere posse, lex non prohibet. Legatum cum dote compensare voluisse, unde colligatur mariti animus.

P R A E S V M P T. C X I X.

Cum duobus creditoribus res pignori data, vel hypothecata fuit, iure concessum est secundo posteriori, offerre primo creditori creditum suum, & rem pignoratam, vel hypothecatam luere, & consequi, l. potior. §. vlt. ff. qui potior. in pigno. habeantur, & l. i. C. eo. Quæ sententia, & iuris regula locum habet, etiam si debitor ipsi priori creditori pro eius credito rem ipsam hypothecatam dedit in solutum, vel vendidit. Nam adhuc secundus creditor potest offerre primo. l. i. §. cum autem. C. si antiq. credit. distrah. ubi Salicetus, & scribunt Negusant. in tractat. de pignori in 2. membr. quintæ part. principal. num. 1.

Et ratio est secundum Negusant. ibid. num. 2. quia sicuti si debitor rem hypothecatam alteri extraneo alienasset, salua hypotheca aduersus tertium illum, ex quo transit cum suo onere. l. si debitor. C. de distrah. pig. Ita & quando vendit, vel dat in solutum primo creditori, remanere debet salua hypotheca secundo creditori, atque ita ius offerendi, quemadmodum hanc æquiparationem facit d. l. i. C. si antiq. credit.

Habet etiam locum hæc sententia, quando ille primus creditor, & qui accepit in solutum, vel emit à debitore, alteri postea vendidit. Nam, & huic emptori offerre poterit secundus creditor. Ita Negusant. præcitato in loco, nu. 2. ver. secundo amplia. Et demum procedit locumq. sibi vendicat traditio hæc, quando debitor vendidisset hypothecatam alteri, & vel obligasset, vt ex illa pecunia solueret ipsi primo creditori, & postea soluisset. Nam adhuc secundus creditor offerre poterit illi emptori, vel creditori. Ita probat l. cum prior. ff. de distrah. pig. & tradit Negusant. loco supra alleg. nu. 3. ver. tertio amplia, quo loci dissoluit dubitationem quandam.

Ceterum sententia hæc, & iuris regula cessat, & locum non habet, quando primus & creditor venderet bona hypothecata iure crediti sui, extraneo emptori. Nam tunc secundus creditor offerre non potest illi emptori. Ita sancitum est in l. i. Cod. si antiq. creditor. quo loci constituitur differentia inter extraneum ementem à creditore ipso primo, & ipsummet creditorem ementem, vel in solutum recipientem. Cum enim primus

mus creditor emit vel in solutum accipit, potest (vt diximus supra in prima extensione) secundus creditor offerre, cum verò extraneus emit, offerri ei non potest. Rationem differentia affert post alios Negusan. in loco præallegato, n. 4. verum tamen in hoc, quod quando primus creditor vendit iure creditoris, transfert in emptorem dominium non affectum, quia ipse creditor tempore contractus hypothecæ habuit ab ipso debitore licentiam, & ius alienandi, si conuenierit, ff. de pign. act. Et ideo vendendo, resolutum fuit omne ius secundi creditoris, & perinde est ac si res illa nunquam ei fuisset obligata, quia licentia vendendi præcessit obligationem ipsius secundi creditoris, ob id resolutum iure datoris, hoc est ipsius debitoris, resolutum cenetur ius ipsius acceptoris, nempe secundi creditoris, l. vbi, §. sed Marcellus, ff. de in diem addict. & l. ex vestigali, ff. de pign. Sed diuersus est, quando debitor ipse vendit, & in solutum dat ipsi primo creditori, vel alteri. Nam tunc transfert dominium iam affectum hypothecæ secundi creditoris, quæ per dictam venditionem non resolutur, quia ipsi debitori data non fuerat à secundo creditore alienandi licentia, prout data fuit à debitore primo creditori.

Ceterum declaratio hæc restringitur à Negusancio præcitato in loco septem modis, inter quos extat secundus, qui ad rem nostram pertinet, quando s. i. primus creditor venderet alteri creditori, puta secundo. Nam huic secundo offerre poterit tertius, imò etiam ipsemet debitor. Ita respondit Martian. in l. cum vnus, §. i. ff. de distr. pign. cuius verba hæc sunt. Si secūndus creditor, vel fideiussor, soluta pecunia pignora susceperint, recitè eis offerretur, quamuis emptionis titulo ea tenuerunt. Et in l. subsequenti sic subiunxit Modest. Cum posterior creditor à priore pignora emit, non tam acquirendi dominij, quam seruandij pignoris sui causa, intelligitur pecuniam dedisse. Et ideo offerri ei à debitore potest. Hic Modest. manifestam attulit rationem, quare cum secūndus iste creditor emit à priore offerri ei possit, vel à tertio creditore, vel ab ipsomet debitore, quia, si creditor iste sic emens, præsumitur non tanquam extraneus emere, sed vt creditor conferuandij pignoris sui causa, atque ita lex hunc creditorem sic ementem, habet vt creditorem adhuc, non vt extraneum emptorem. Et hanc præsumptionem à Modestino consideratam esse iuris, & de iure, existimauit eruditiss. Vnc. Fran. in decisi. 69. nu. 7. tum quia in ea præsumptione lex se fundat, tum etiam, quia gloss. l. i. C. de dolo, à Baldo, & alijs recepta, hoc affirmauit. Et comprobari potest ex eo, quod idem Francus scripsit in d. decisi. 69. nu. 11. legem non admittere, vt creditor possit emere, vt extraneus, ex quo non potest, quis sustinere personam duorum, iux. c. si quis iusto, §. i. de elect. in 6. si ergo non potest creditor emere, vt extraneus, necessarium consequitur, quod dicitur emere, vt creditor.

Crediderim verius, esse præsumptionem iuris tantum, Non enim Modest. in d. l. cum posterior, reiecit probationem contrariam, sicuti reijcere solet lex, si quædam statuit aliquam esse præsumptionem iuris, & de iure, sicuti sancitum fuit in l. qui adulteri, C. ad leg. Jul. de adult. in Auth. sed iam necesse. C. de don. ante nupt. & in ca. is qui fidem, de sponsal. & alibi sæpe. Et ideo permulti, quos retuli supra in lib. i. q. 3. n. 20. scripserunt, quod tunc de iure dicitur præsumptio iuris, & de iure, quando dictum fuit, quod si contrarium probati non possit.

Nec repugnat, quod æquiparentur in hac materia creditor iste secūndus, & fideiussor debitoris, d. l. cum vnus, §. i. At in fideiussore emente est præsumptio iuris, & de iure, vt inquit gloss. in l. i. C. de dolo. & ibi Bal. Sal. & Corn. eam manifestè probant. Ergo, & in secundo creditore emente præsumptio est iuris, & de iure.

Nam responderi posse existimo, æquiparationem factam esse à Martiano in d. l. cum vnus, §. i. respectu ter-

tij creditoris, vt sicuti is offerre potest secundo creditore, qui emit, sic etiam possit offerre fideiussori ipsius debitoris. In secundo creditore est ratio à Modest. considerata, quia emisse præsumitur causa cõseruandij ius sui pignoris. In fideiussore verò est rō, quia præsumitur emisse nomine debitoris sui principalis, pro quo intercessit, atq; ita videtur quædam relutio, sicuti quando primus creditor vendit heredi debitoris, cõtra quem datur hypothecaria, iuxta egregiam traditionem gloss. & Caltr. in l. 2. C. de repud. hered. probatam à Negusancio in loco supra allegato, num. 5. versic. 5. restringitur. Et hoc in casu cum res agatur inter tertium creditorem, & ipsum fideiussorem, considerari non potest ratio illa fidei ruptæ à fideiussore suo principali, quam cõsideratunt Imper. Severus, & Antonin. in d. l. i. C. de dolo. vbi res agebatur inter debitorem, & fideiussorem, qui in detrimentum ipsius debitoris emerat à creditore. Et statuerunt ipsi Impera. fideiussorem ipsum, oblata sibi forte, & vsuris, rem emptam restituere debere ipsi debitori, sicque principali, ne dicatur fidem rupisse. Cum enim pro ipso debitore intercesserit fideiussor, tacitè promississe dicitur de soluendo pro eo, & luendo pignore, si ergo emit pignus suo nomine, & recusat restituere, nõ modò est præsumptio iuris, & de iure, sed etiam certitudo, quod fidem fregerit. Non etiam vrget consideratio illa, dum ex ca. si quis iusto, §. i. de elect. in 6. dixi, non posse creditore sustinere personam duorum, nepe creditoris, & extranei.

Nam videtur casum d. ca. si quis iusto, §. i. non posse casui nostro adaptari. Nam in casu d. §. i. procurator ille fecerat duas electiones, vnã procuratorio nomine, alteram proprio. Nostro in casu non duæ, sed vna tantum emptio facta est à creditore, sed dubitatur, an eã fecerit tanquam creditor, vel tanquam extraneus. Nec lex prohibet, quin creditor possit, si tanquam extraneus emere, sicuti in specie fuit Fulg. in l. 2. ff. de distr. pign. dixit, quod in casu d. l. secūnda, ille fuit admissus tanquam creditor, non autem tanquam extraneus, hic frustra dubitasset Fulg. an vt creditor, vel vt extraneus fuisset admissus, si admissus à lege prohibita esset. Et quod quis sustinere possit personam duorum in conficiendo actum, constat illo exemplo, quò iudex quis esse potest, vt ordinarius, & vt delegatus, & dubitatur an de causa cognouerit, & sententiã tulerit, vt ordinarius, vel vt delegatus, vt scripsi superiore libro, in præsumptione 17. Ita quoque scripsi in præsumpt. 77. dubitari consueuisse, quia ex persona is qui potuit proferre laudum tanquam arbiter, vel tanquam arbitrator illud pronunciauerit. Et ppea rōnes illius casus d. ca. si quis iusto, §. i. non conueniunt casui nostro. Nõ. n. adaptatur prima illa ratio, quã communem esse dixit eruditiss. Lud. Mol. in lib. 2. de Hisp. primogen. c. 5. nu. 5. quòd, selectio, de qua loquitur d. ca. si quis iusto, §. i. fieri debet de meliore. Duo ergo eligi nõ possunt, cū vnus tm melior sit. Hæc ratio, vt manifestè patet, non cõuenit huic casui nostro. Non et adaptatur secūnda rō, quæ fuit Arch. ibi, & Mol. in d. c. 5. n. 52. quod cū electio, etiã si nomine duorum fiat, ex vnico tm consensu procedit, ob id incerta est, & consequenter iure non valet. Hæc sane ratio, nec casui nostro conuenit, tum etiã, quia emptio facta à creditore non redditur nulla, & si certum non sit, ex cuius persona creditor ille emerit. Est itaque dicendum, præsumptionem, de qua apud Martianum in dict. l. cum posterior, esse præsumptionem iuris tantum, ait Albericus in dicta l. cum secūndus. Et hæc quidem iuris præsumptio multò magis locum habet, quando concurrat aliquod aliud signum, quo denõstratur, creditorem emisse tanquam creditorem, non autem tanquam extraneum. Sicuti euenit in casu Fran. in dicta decisi. 69. vbi num. 5. recitè, & acutè considerauit, creditorem illum emisse, vt creditorem, quia vnã cum alijs creditoribus vendidit bona illa debitoris. Et quia ille creditor obtin-

lit in

lit in illorum bonorum licitationem tantum pretij, vt satisfactis ceteris anterioribus creditoribus, remaneret tanta quantitas, quantum eretate eius creditum. Quam coniecturam rectè probauit Franc. auctoritate Crau. in consil. 149. nu. 5. vers. 2. coniectura, quia respondit animum testatoris componendi legitimum vxori factum, cū 12 eius dote colligi ex coniectura, quando tanta est dotis quantitas, quanta est legati, atq; ita datur conuenientia quantitatam. Et præter Crauetam, coniecturam hanc in specie compensationis fecerunt, & alij, quos cõgessi in consil. 25. lib. 1. & alios commemorabo in subsequenti lib. in præsumpt. 85. vbi explicabimus coniecturas, quibus colligi potest testatorem animo componendi legare voluisse suis creditoribus. Extabat, & alia coniectura in casu Fran. in consil. 149. nu. 5. vers. 4. & reuera, quod ille creditor voluit sentire aliquod detrimentum, non percipiendo fructus bonorum emptorum, quod non alia de causa præsumitur fecisse, quam quia cupiebat consequi bona causa sui crediti. Existimans sibi latis consultum, si sortem ipsam saluam faceret. Quocirca iure, ac optimè decisum fuit ab amplissimo illo consilio Neapolitano, creditorem illum emisse tanquam creditorem, & ob id à posteriore offerri ei potuisse. Hinc anne et potest, quod tradit Ioan. Andrea in additionibus ad Spec. in tit. de præsumpt. §. spacies, nu. 5. versic. in prædictis, cum dixit, quod quando creditor fluxit emere rem sibi pignori datam, vt ea distractione præiudicaret debitori, cognita simulatione, creditor rem recuperat. l. & qui sub imagine. C. de distrac. pign. Hæc simulatio detegitur illis coniecturis in l. illa enumeratis, quas esse iuris coniecturas dixit Io. Andrea.

Pignoris, & hypothecæ contractus vsurarius, & simulatus, vel emptionis, & venditionis, an & quando præsumatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Simulationem in contractu, quatuor modis considerari.
- 2 Contractus sui natura, nec simulatus præsumitur, nec vsurarius.
- 3 Usurarius contractus lege diuina, & humana damnatur.
- 4 Instrumentum publicè confectum, veritatis habet præsumptionem.
- 5 Usurarius contractus, quando potius, quam iustus præsumatur.
- Et que præsumptiones requiruntur, n. 6.
- 7 Usurarium, & feneratorium contractum ad detegendum, vna non sufficit præsumptio. Immo quod nec duæ, n. 32.
- 8 Pretium, quod paruum dicatur, aut modicum ad contractum simulatum detegendum, iudicis est arbitrium.
- 9 Pactum de reuendendo, rem minoris esse facit valoris.
- 10 Pactum de reuendendo, non emptionem, & venditionem, sed pignus contractum arguit.
- 11 Pactum de reuendendo, iustum esse, & diuina, humanaque lege permissum, n. 13.
- 12 Pactum de reuendendo, quando non præsumitur contractus feneratorius, etiam aliqua lesione interueniente, n. 14.
- Et quid si nec fraus interueniat nec lesio, n. 16.
- 15 Usurarium inter contractum, & contractum illicitum, non tamen feneratorium, differentia est.
- 17 Pactum de reuendendo in voluntatem, vel emptoris, vel venditoris collato, emptor semper facit fructus suos.
- 18 Feneratorius contractus præsumitur, fraude, dolo, simulatione, verè, vel fictè, vna cum lesione interueniente.
- 19 Simulatio in contractu, quando verè dicatur interuenisse, & quando fictè, n. 20. secundum Cæpoll. n. 21. 22.
- 23 Feneratorius dicitur contractus fraude, dolo, simulationeque ex parte vtriusque interueniente, vel si in pretio nulla commissi sit deceptio.

Et quid si de dolo, fraude, aut simulatione dubitatur, appareat tamen venditorem laesum esse in tribus, n. 24.

Et quid si in duobus tantum, n. 25.

Vel in vno tantum, lesio tamen est minus dimidia iusti pretij, num. 26.

Et quid si est prope iusti pretij dimidium, n. 27.

Aur si est ultra, vel citra dimidium, n. 28.

29 Feneratorius præsumitur contractus, lesione ultra dimidiam interueniente, cum pacto de reuendendo factò av eo, qui soluitur sit feneratori.

Et quid si sola lesio ultra dimidiam, cum pacto de reuendendo interueniat, vbi recensentur opiniones, n. 30. 31. & 40.

32 Contractus præsumi talis debet, qualem eius prima ostendit facies.

34 Expressam satis dicitur, quod ex coniecturis à lege probatis colligitur.

35 Instrumento standum in dubio.

36 Contractus illicitus, & à lege reprobatus dici non debet, nisi manifestè appareat.

37 Pretij tenuitas non arguit contractum feneratorium.

Et quod ad præsumendum dolum, sola non sufficiat, nu. 38.

39 Restituere verbum, mutuum vel pignus, non venditionem inferre.

41 Rusticus, & mulier, an sic ignari, & simplices sint, vt nil de ipsis mali possit suspicari, iudex arbitrabitur.

42 Datio in solutum, vni obinet venditionis.

Et in ea non facile præsumitur, n. 43.

44 Usurarius, & feneratorius contractus coniecturè factus ab ijs, quos lex animum non contrahendi habuisse præsumit.

45 Simulationem a detegendam animus declaratur, ex tractatis ante contractum.

Nisi tamen contrarium expressè constet, n. 48.

46 Instrumenta ex intervallo facta, maiorem arguere suspitionem.

47 Assurari super bonis, quem contractum significet.

49 Usurarius præsumitur contractus, ob lesionem pronenientem ex quantitate pensionis, pendente tempore de reuendendo.

50 Redditi centum aureorum quis sit.

51 Redditi tot esse debent, vt 20. annis sortem aquant.

52 Usurarius contractus arguitur ex lesione in pretij quantitate, cum pacto de reuendendo.

53 Vsuria id omne est, quod sorti accedit.

54 Iactare suum nemo præsumitur.

55 Usurarius contractum arguit, si plus ex venditione secunda percipitur, quam illud sit, quod non in pecunia, sed alia resolutura sit.

56 Vsuria est, rem meliorem pro deteriore recipere.

57 Usurarius præsumitur contractus, si in pacto de reuendendo impensa, quæ ad emptorem spectet, & locatorem, imponatur venditori, & conductori.

Nisi tamen quid iusto pretio plus numeretur, n. 59.

Aut in ea regione sic consuetum sit pacisci, n. 60.

58 Instrumentorum impensam, is qui acquirit, soluere debet.

61 Usurarium contractum arguit, res pro parte vendita, pro parte donata, nulla donationis iusta causa subsistente.

Et quod nec iuramentum adhibiturum aliquid operetur, numero 62.

63 Fœnus exercere, qui non erubescit, nec etiam peierare erubescit.

64 Usurarium contractum, arguit etiam verba in pacto de reuendendo apposita.

65 Pacta insolita, & contra naturam contractus, simulationem arguunt.

66 Liuellarius non proprietatem, sed vtile dominium vendere dicitur.

67 Clausula insolita in contractu, eundem arguunt vsurarium.

Requiri tamen, vt alie præsumptiones concurrant ad detegendam simulationem, num. 69.